



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**


Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

Herbipoli, 1701

Decas VIII. Ab anno Christi 1170. ad 1180.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64765](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64765)

num, quod vitæ sanctitate esset Orbem illuminaturus, & prædicationis voce veluti latratu vigili hæreticos impugnaturus.



DE CAS VIII.

✽ Ab anno Christi 1170. ad 1180. ✽

1171 **C**Ausa mortis S. Thomæ excutitur Legatis Regum ac Principum piorum, ad accusandum Henricum & ab hoc aliis ad purgandum atque amoliendam à se mortis causam Romam transmissis. Eodem quoque anno idem Henricus fit Hiberniæ Dominus cum jure hæreditario, cui tamen cædes S. Thomæ plus terroris, quam incrementum regni voluptatis afferebat.

✽(1172.)✽ Alexander Papa excommunicat omnes necis S. Thomæ complices, & per Legatos in Angliam examinari curat, causam & necis auctores, & conscios, cujus auctores convertuntur, ac demum miserè pereunt, facti omnibus tam odiosi, ut etiam canes ab eis cibum sumere respuerent. Petita tamen veniâ jussi sunt in Pælaestinam peregrinari, sed dum unus inter illos Consentia in Italiâ moras necit, toto

corpore ita computruit, ut nervi ejus & sa viderentur, & in auxilium S. Martyri appellans inter dolores acerbissimos rierit. Reliqui in loco, quem montanum vocant, jussu Pontificis inclusum diem obiêre inter lacrymas, & dem donati sepulturâ cum epigrapha eorum scelus ac poenitentiam innuerunt.

Filius Henrici Angliæ Regis rebellavit patrem.

✽(1173.)✽ S. Thomas jam innumeris miraculis insignis in numerum Sanctorum refertur. Et Henricus à filiis suis Henrico, Richardo, Godefrido, ejusque uxore Eleonorâ, & regni Proceribus, plerumque his faventibus, plusquam civili bello extitit ad Alexandrum confugit, ut Ecclesiam fulmine hanc rebellionem inhiberet, & præstitit.

✽(1174.)✽ Rex Henricus verè poenitens ob mortem S. Thomæ in habitu pauperis, vili lacernâ & nudis pedibus S. Thomæ tumulum adit, & petitâ publicè veniam à singulis Episcopis astantibus se quinquies cædendum à Monachis octoginta, & ter flagellis verberandum rat, omnibus ad talem adspectum lacrymantibus; quibus etiam placatum suum se Deus ostendit. Henrici enim

stis capitalis Rex Scotus sine pugna venit in manus ejus, & compositi Cismarini & Transmarini bellici motus quievêre, red- dita regno atque Regi tranquillitas.

✽(1175.)✽ Fridericus post obsessam quatuor mensibus Alexandriam obsidionem turpiter solvere cogitur, tantâ clade acceptâ, ut in fugam compelleretur.

✽(1176.)✽ Albigenfes hæretici emergunt, & vincuntur, confutati que condemnantur.

Fridericus à Mediolanensibus victus tantâ clade affectus est, ut ipse pro mortuo comploratus sit, etiam uxore ejus lugubria assumente, jam enim per aliquot dies non comparuerat; Tandem Ticinum indigus omnium rerum pervenit. Et tunc seriò de pace cum Pontifice tractare decrevit.

✽(1177.)✽ Tandem inter Alexandrum & Fridericum Ænobarbam pax coalescit; quomodò hæc contracta sit, variant scriptores. Veneti scriptores ita referunt, Fridericum ingenti exercitu reparato in Italiam rediisse, & in eas angustias Pontificem compulisse, ut hic assumptâ sui coqui veste Venetias fugere compelleretur, ubi etiam hortulo S. Mariæ de charitate olitor præfuerit; Sed à Sebastiano Duce agnitus, à toto Senatu magno cum honore exceptus

fit. Cùm autem ab Imperatore armis et
 repeteretur Pontifex, non tantùm Fri-
 ricus a Venetis victus, sed in eorum et
 urbem perductus, & accidens ad Alex-
 dri pedes calcato collo hæc verba Pe-
 Regii audièrit: *Super aspidem & basiliscum*
bulabis, & conculcabis leonem & draconem.
 Quibus Fridericus Rex reposuit, *Non*
sed Petro: cui Pontifex, Et mihi & Petro.
 Et hæc quidem certam apud Venetos
 dem etiam in tabulis obtinuerunt. Alii
 tem & plures melioris notæ scriptores
 dunt, Pontificem & Imperatorem ven-
 pacificè Venetias, & ibi res suas amicè co-
 posuisse, functumque ibi esse Friderici
 stratoris officio erga Pontificem, atque
 non semel pedes ejus osculatum esse.
 annes autem Anti-Papa ab omnibus ex-
 ctus & erro vagus de hac pace ingemuit.
 Abissini ad Alexandrum Papam scribunt
 & in Fide instrui petunt, litteris etiam
 Preste Jani Abissinorum Imperatore exar-
 tis ad Pontificem. Abeo tempore Abissi-
 ni Romæ utuntur Ecclesiâ S. Stephanus
 Proto-Martyris, & ædibus adjacenti-
 bus ex speciali S. Sedis privilegio & libe-
 ralitate.

Pons Avenionensis super Rhodanum
 puerulo pastore miraculosè conficitur.

✽(1178.)✽ Alexander Papa Romam gloriosè ingressus benignè recipit Anti-Papam Joannem de Struma veniam postulantem.

Hæretici Tolosenses convincuntur & excommunicantur. Præcipuus autem Petrus Moranus publicam agit pœnitentiam.

✽(1179.)✽ Celebratur sub Alexandro III. anno Pontificatûs ejus vigesimo Concilium Lateranense tertium, cui interfuerunt trecenti Episcopi; in hoc damnati hæretici Cathari, Publicani, Patharini, & aliis nominibus infamata fæx. In eodem Concilio Nestarius Græcorum schismaticorum Legatus, Abbas monasterii Casulorum in magnâ Græciâ post multas disputationes pervicax ad suos rediit, triumphantis more susceptus, quòd unus tot Patribus perfrictâ fronte restitisset.

Ludovicus VII. sepulchrum S. Thomæ Martyris in Angliâ invisit.

Alphonsus Dux Portugalliæ hoc anno Regis titulo augetur ob pietatem & fortitudinem eximiam contra Saracenos exhibitam.

✽(1180.)✽ Saladinus sive Soldanus Ægypti exercitum educit contra Hierosolimam, idè in Occidente suscepta est expeditio

peditio, quam Alexander ante mortem
teris suis promovit. Huic nomen dederunt
Philippus & Henricus Reges, quos tam
plūs Manuel Imperator, quam Soldanus
formidavit.

Moritur Manuel assumpto Monachi
bitu, cui Alexius Comnenus Porphyro
genitus successit.

HÆRESIS ALBIGENSIUM SIVE CATHARICORUM.

HÆc Hæresis ortum suum habuit circa
annum Christi 1176. in Provincia Tolosa
& ita invaluit, licet præstantissimis quibus
Episcopis & S. Dominico, obnitentibus, ut
dem necesse fuerit armatâ manu hoc genus
vitiatorum exscindere, primò manum admo-
vit Comite de Monte forti qui Comitantibus
tantum aut novem hominum millibus centis
Albigensium millia profligavit. Erat autem
Albigensium doctrina majori ex parte fatida
Manicheismi refricatio.

1. Docebant non teneri se fidem suam pro-
terti.
2. Duo esse principia, unum bonum, scilicet
Deum, alterum malum, scilicet diabolum.
3. Deum creare animas, diabolum autem
creare corpora.
4. Deum nullam animam novam infundere
sed animas ex uno corpore in aliud trans-
ferre.

grare : etiam animas serpentum , aliorumque
brutorum animantium.

5. Non esse corporum resurrectionem.

6. Neque purgatorium neque infernum esse.

7. Defunctis nihil prodesse , quæ illis appli-
cantur suffragia.

8. Nec legem Moysis , nec Prophetas , nec
Psalms , nec vetus testamentum , neque novæ
testamenti Doctores esse admittendos.

9. Jusjurandum omne esse nefarium.

10. Baptismum rejiciendum tanquam super-
vacuum.

11. Eucharistiam à malis Presbyteris non
consecrari.

12. Corpus JESU Christi non esse aliter in
Eucharistia , quàm in aliis rebus.

13. Peccata non esse Sacerdoti confitenda.

14. Malum Episcopum non esse Episcopum.

15. Actum conjugalem esse peccaminosum.

16. Inutile esse in Ecclesia orare Deum.

17. Novum testamentum benigno Deo , ve-
tus verò maligno attribuendum esse , imò hoc
rejiciendum exceptis quibusdam ejus auctoritati-
bus , in novum testamentum insertis , quas ob
novi reverentiam recipiendos esse asserebant.

18. Veteris testamenti auctorem esse menda-
cem & homicidam.

19. Omnes veteris testamenti Patres esse
damnatos ; S. Joannem Baptistam esse unum
ex demonibus.

20. Christum illum qui natus est in B
leem terrestri & visibili, quique crucifixus
Hierosolymis esse malum.

21. Mariam Magdalenam fuisse illius
cubinam, & fuisse illam ipsam mulierem in
ulterio comprehensam de qua in Evangelio.

22. Bonum Christum nunquam com
vel bibisse, nec veram carnem assumpsisse,
fuisse unquam in hoc mundo nisi spiritualiter
corpore Sancti Pauli.

23. Esse aliam terram novam & invisibilem
in qua bonus Christus natus sit & Crucifixus.

24. Bonum Deum duas habere uxores
Iant & Collibant, atque ex ipsis filios &
procreasse.

25. Communis ferè omnium error fuit
manam Ecclesiam esse speluncam latronum,
esse meretricem illam de qua in Apocalypsi.

26. Baptismi aquam ab aqua fluviali
differre, neque Eucharistiam à pane Laico,
tilem esse tum Confirmationem tum Confessionem
& in matrimonio neminem salvari.

27. Resurrectione abnegatâ dicebant om
animas nostras, esse illos Spiritus Angelicos
per Superbiæ apostasiam præcipitati de cælo, co
pora sua glorificata in aère reliquerunt, & ip
animas post successivas qualiumcunque corp
rum serpentum & terrenorum inhabitatio
quasi tum modo pœnitentiâ peractâ ad illa reli
corpora remeare.

28. Error quoque specialis eorum fuit, qui inter eos dicebantur Perfecti, nigroque habitu induti castitatis observatores & mendacii osiores videri volebant esum carniū, ovorum & casei omninò detestandum esse.

29. Fuerunt inter Albigenses qui dicebantur Credentes hæreticorum, qui licet ad vitam Perfectorum imitandam non pertingerent in illorum tamen fide cui adhærebant se salvandos sperabant. Horum error proprius fuit, ad salutem non esse opus confessione, penitentiâ vel restitutione, ablatorum, dummodo in articulo mortis dicere possint Pater noster & manuum impositionem à suis magistris (erant hi magistri seu magistratus ex Perfectis hæreticis, quos Diaconos & Episcopos nominabant) reciperent. Unde securius & effrenatius ad usuras, rapinas, homicidia &c animam applicabant.

30. Fuit & alius error plurium ex eisdem hæreticis neminem posse peccare ab umbilico deorsum versus.

31. Usū imaginum in Ecclesia esse idololatricam.

32. Ecclesiarum campanas vocabant tubas demonum.

33. Non peccare gravius qui miscetur carnaliter cum matre vel sorore quàm cum quavis alia.

34. Si Perfectorum illorum aliquis se pecca-

to mortifero coinquinaret, nempe minime
quid carniū, casei, ovi & similiarum qua
inhibita dicebant, comedendo, omnes eos qui
ille manum imposuisset, Spiritum S. amissur
imò & ipsos salvatos ob manum imponentis
catum de cælo casuros.

Et hi quidem præcipui errores Albigen
verè spuma Acherontis: cæterum quàm tur
& abominandum fuerit genus hæreticorum
ligere licet ex eo, quòd Tolosæ aliquis ex illis
odium Jesu Christi & Catholicæ fidei ventu
suum ad Ecclesiæ primarium altare exonerat
sacrisque illius Altaris corporalibus suas for
adsperserit: quid turpius? & quid impuden
tius adhuc aliis quibusdam? qui collocata sup
Altare ante Crucifixum meretrice abusi, & in
sacram imaginem avulserunt, & brachiis truci
catam, fune in collam injecto, per urbis plate
cum execrabilibus blasphemis traxerunt. Sed
& illud Cocytum & stygis fetorem olet, quòd in
urbe Bituricensi à Catholicis obsessi Sancti
Evangelii volumen urinâ mersum & confu
catum ex manibus in Catholicos projecerint, sa
gittasque in illud ejaculantes exclamaverunt.
Ecce lex vestra miseri. Et tamen Calvinian
nus Beza Albigenes & Waldenses copulans eos
in commune laudat. Propter testatissimam
vitæ Innocentiam. Sic balsamum hircorum
redolet in naribus Beza.

HÆRESIS WALDENSIUM WALDO-
NIS DISCIPULORUM QUI ET PAU-
PERES DE LUGDUNO APPEL-
LANTUR.

Waldo quidam Patriâ Lugdunensis opibus
dives, relictis & inter pauperes distributis
suis facultatibus paupertatem profitebatur, &
eo specioso pallio, quos spargebat errores conte-
gebat: quanquam enim Idiota totus esset, ubi
tamen libros aliquos nonnullis scripturæ locis
propostere intellectis conspersos sibi scribendos
curavit, sibi Apostolorum munus arrogare, &
concionatorem agere non erubuit. Secta hæc
inchoata sub Alexandro III. & in concilio ge-
nerali M. Lateranensi Generali III. condemna-
ta est. Non tamen formidârunt nostrâ tempe-
state aliqui novatores hæc phlegmata Satanae per
Waldensium Cacochymum Stomachum evomita
resorbere.

1. Furebant contra cultum & Invocationem
Sanctorum.
2. Dicebant Sanctos preces non audire.
3. Tempia omnia subruenda & evertenda
esse.
4. Salutationem Angelicam rejiciendam.
5. Ad Baptismum non esse adhibendam un-
ctionem olei.
6. Confirmationem Sacramentum non esse.
7. Execrabantur auricularem peccatorum
confessionem.
8. Ri-

8. Ridebant indulgentias tanquam
valoris.

9. Similiter Purgatorium & suffragia
defunctis.

10. Inter Sacerdotes & Episcopos
agnoscebant discrimen.

11. Ecclesiæ potestatem leges condendi
bant.

12. Nihil inesse meriti in jejuniis &
nentiâ certorum ciborum.

13. Religiosorum mendicantium ordines
venta esse diaboli.

14. Liberum esse omnibus prædicare verbum
Dei, etiam invitis & prohibentibus superioribus.

15. Laicos dummodò justis sint posse
Christi corpus consecrare.

16. Mentiebantur extremam unctionem
non esse Sacramentum.

17. Nullum quoque in Ecclesia fieri verum
miraculum.

18. Riserunt exorcismos Ecclesiæ & benedi-
ctiones omnes.

19. Nihil ajebant prodesse animæ quòd
opus terræ sanctæ mandetur.

20. Ludibrio habebant cantum Ecclesiæ
cum, & horas Canonicas.

Et tales quoque viros Beza Calvinianus
cat Veteris Christianæ purioris Ecclesiæ
Semen.

Referuntur & alii quidam particularium inter illos sectarum sequentes errores.

21. Waldensium error fuit nullum hominem perfectum debere manualemente exercere.

22. Nullam aliam precandi formulam esse admittendam præter Pater noster.

23. Consecrationem Eucharisticam fieri septenâ Orationis Dominicæ recitatione.

24. Eucharistiam plus habere efficaciæ si consecratio facta fuerit feriâ V. in cena Domini.

25. Sacerdotes in peccatum grave prolapsos perdere potestatem consecrandi, similiter amitti temporales etiam potestates si magistratus in peccatum inciderit.

26. Non posse Ecclesiasticos agros & alias divitias possidere.

27. Defecisse Ecclesiam tempore sylvestri ut quantumcunque quis bonus & justus sit in ea amplius salviri nemo posset.

28. Symbolum Apostolorum contemnebant.

29. Fuszurandum omne Christianis prorsus illicitum dicebant.

30. Carnalem mixtionem licere cuilibet tunc, quando concupiscentia fervet.

31. Neminem posse morti adjudicari, nec posse ullum judicem etiam pessimo cuique pœnam injungere.

32. Insaniebant aliqui ex Waldensibus quemlibet illorum posse Corpus Christi consecrare mo-

eo haberet Sandalia more Apostolorum, quod
Waldenses plerumque portare solebant.

HÆRESIS INSABBATORUM

EX Waldensium factione fuerunt, eo non
appellati, quod qui inter illos erant pe-
iores, aliquid in superiori parte calcei
Sabbatam vocabant, portarent. Et hi
perfectiores Waldenses notâ perfectionis
nitatis in pedibus expressâ.

HÆRESIS CORRERIORUM SEU COTERELLORUM.

Fuit hæc hæresis ramus putridi trunci
Brussianorum, particulares sibi in superioribus
errores fabricans.

1. Beatam Virginem fuisse Angelum.
2. Corpus Christi non esse glorificatum
cælo, sed post diem etiam iudicii putridum
ver fore.
3. Animas Sanctorum non esse in gloria
diem iudicii.



DE CAS IX.

Ab anno 1180. ad annum 1190.

1181. **A**lexander III. Papa moritur, cuius
Pontificatum gessisset magnâ cum
laude pietatis, humanitatis & constantiæ
annis 22. Surrogatur illi Hunibaldus Car-
dine